



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 132. Scriptores Acatholici hoc anno defuncti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

ligionis, Archimedem Christianum, Sæc. XVII.  
Perspicilia Catholicæ veritatis, Divi- A.C. 1656.  
sionem lucis a tenebris, lucifugam hæ-  
reticum, comitia Parthenica, Promon-  
torum bonæ spei, seu artem bene  
moriendi, Achatem Christianum &  
alia nonnulla.

### §. CXXXII.

#### *Scriptores Acatholici hoc anno defuncti.*

Ex Scriptoribus Acatholicis hoc anno *Weisman.*  
denatis celebriores sunt. I. Justus *Intro. in hist.*  
Feurbornius, cuius contentiones cum p. 1131.  
Tubinganis habitas jam supra recensui- *Vid. supra*  
mus. Scripsit Kenosigraphiam Chri- *t. 193. §. 97.*  
stologicam, epitomen errorum Calvi- *t. 57. p. 314.*  
nianorum, expositionem epistolæ ad *Theatr.*  
Galatas & ad Romanos præter plura *erud.*  
alia. II. Salomon Glassius, qui scri-  
ptum edidit circa controversias Helm-  
stadiensium & Wittebergensium præter  
libros quinque Philologiæ Sacræ, ono-  
matologiam Messiæ, exegesin Evange-  
licorum, & selecta Scripturæ Mosaicæ  
& Davidicæ. III. Hartmannus Crei-  
dius scripsit meditationes in epistolas  
Dominicales, Postillam Evangelicam,  
& Epistolicam, Talæpotiam Divitum,  
Ideam mundi &c. IV. Georgius Ca-  
lixtus, qui tam Thorunensi, quam Rhein-  
felsiano colloquio interfuit, sed exi-  
guam ubique laudem reportavit. Edi-  
dit

Sæc. XVII. dit acta inter Principem Ernestum &  
 A. C. 1656. Calixtum, necnon animadversiones i  
 Thorunensem Confessionem, judicium  
 de controversiis inter Lutheranos &  
 Calvinistas, commentaria in epistola  
 D. Pauli, tractatum de Sacrificio Christi,  
 de SS. Trinitate, de Pontificiorum  
 dogmatibus, de æterna beatitudine, &  
 conjugio Clericorum, & ingentem allo  
 rum similiū faraginem. V. Simon  
 Birkbekius publici juris fecit respon  
 sionem contra Antidotistam Pontificium  
 præter vindicias Protestantium, &  
 probare nitebatur in quolibet fac  
 extitisse Doctores, qui in plerisque his  
 articulis cum Ecclesia Anglicana con  
 senserint. Ita nempe omnes Sectam  
 de antiquitate suæ Ecclesiae ab Ap  
 stolorum ævo propagatæ gloriantur  
 nullus tamen hucusque ostendere pe  
 tuit, suæ sectæ confessionem in omnibus  
 articulis cum Apostolica consonam fuisse  
 vel aliquem Ecclesiae Doctorem in om  
 nibus consenisse. VI. Joseph Hall  
 lucubravit Romam irreconciliabilem  
 Historiam Biblicalam, Bibliorum usum  
 & nonnulla alia. VII. Joannes Hall  
 sius edidit libellum de schismate, &  
 dissertationes de peccato in Spiritu  
 Sanctum, de Cæna, & Confessione  
 auriculari.